

Quæst. 62. Cur nostra bona opera non possunt esse justitia, vel pars aliqua justitiae coram Deo?

R E S P. Propterea, quod oporteat eam justitiam, quæ in judicio Dei consistit, perfectè absolu- tam esse, & omni ex parte divinae legi congruentem: nostra verò etiam præstantissima quæq; opera in hac vita sint imperfecta, atq; adeò peccatis inquinata.

Quæst. 63. Quomodo bona opera nihil promerentur, cùm Deus & in præsenti & in futura vita mercedem pro his sedaturum promittat?

R E S P. Merces ea non datur ex merito, sed ex gratia.

Quæst. 64. An autem hęc doctrina non reddit securos & profanos?

R E S P. Non: neque enim fieri potest, quin ii, qui Christo per fidem insiti sunt, fructus proferant gratitudinis.

IN primo Concilio Hierosolymis ab ipsis Apostolis habito, decretum fuit:

Per gratiam Domini Jesu Christi nos credentes servatum iti, sicut & Patres priscos.

Legem enim jugum intolerabile esse; quod neque Patres neque Apostoli portare quiverint.

Act. 15, 10, 11.

Quibus